



BREVIS INTRODUCTIO  
IN  
PHILOSOPHIAM.



1.

Cognitio humana omnis tribus generibus continetur. Aut enim ea, quæ sunt, fiunt, factave sunt, nec quidquam præterea, in compertis habemus, & *cognitio* nostra est *historica*: aut rationes eorum, quæ sunt ac fiunt, perspicimus, & *cognitionem* naturæ dicimus *philosophicam*; aut rerum quantitatem assignare possumus; & *cognitionem* obtinuimus *mathematicam*; ut iridis exemplo doceri potest.

2. Qui rationem reddere valet eorum, quæ esse possunt, aut etiam sunt, *Philosophus* dicitur.

A

citur.